nomine censentur · Sed xpi caritatis non habent fidem; Sola
ee̅ uisibilia estimant · Inuisibilia non appetunt quia nec
esse suspicantur · Ad scorum martyrum corpora consiste
mus fratres mei · Numquid isti carnem sua̅ in mortem darent ·
nisi eis certissime constitisset esse uita p qua mori debuissent ·
& ecce qui ita crediderunt · miraculis coruscant; Ad extinc
ta namq: eoru̅ corpora uiuentes · egri ueniunt · & sanantur;
demoniaci ueniunt · & liberant; periuri ueniunt · & demoni
o uexantur; Quomodo ergo uiuunt illic ubi uiuunt · Si in tot
miraculis uiuunt hic ubi mortui sunt; uiuu̅t
Rem fratres dico breuem uerbo sed non paruam meri
to · quam relegiosis quibusdam senioribus narrantibus agnoui ·
Gothorum tempore matrona quedam fuit ualde religiosa
que ad horum martyru̅ ecclesia crebro ueniebat; quadam
die dum ex more adorandum uenisset · egrediens duos stan
tes sub pegrino habitu monachos inuenit · pegrinos credidit
dare eis aliquid elymosine pcepit; Sed prius quam ei erogator
eis ablargiendam elymosina̅ ppinquasset · Adstiterunt illi
uicinius & dixerunt; Tu nos modo uisitas · Nos te in diem
iudicii requirimus · & quidquid possumus prestamus tibi; quo
dicto ab oculis eius ablati sunt · territa illa adorandu̅ redit se
seq: inlacrimis plexius effudit · & facta est post hoc tanto instan
tior in prece · quanto certior de pmissione; Sicut eni̅ iuxta
pauli uocem est fides sperandorum · Substantia reru̅ argu
mentu̅ non apparentium · Nequaquam iam dicimus ut uen
turam uitam credatis; Quia ecce ipsi qui in illa uiuunt · huma
nis obtutibus uisibiliter presentantur; quod enim uideri po
test · melius dr sciri · quam credi; Venturam ergo uitam
nos dns uoluit magis scire · quam credere · qui eos quos inui

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0094